



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 177. Pacta Mediolanensis Ducis de præstanda Felici obedientia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *gini celebretur. Hoc igitur amplectantur*  
A.C. 1441. *Christi fideles, omnibus vero Christi fide-*  
*bus, qui matutinis, Processioni, Sermoni,*  
*Missarum solemnibus, vel primis aut secundis*  
*vesperis hujus festivitatis interfuerint, pro*  
*unoquoque officiorum prædictorum centum*  
*dies de injunctis pœnitentiis misericorditer*  
*elargiuntur. In hac eadem Sessione Al-*  
*phonfus Arragonum Rex, ut Rhodiorum*  
*Insula a Turcarum violentiis propugnari*  
*valeret, ex omnibus Clericorum bonis*  
*decimam partem imperari, a Basileensibus*  
*postulavit, pollicitus, se omnem o-*  
*peram navaturum, ut hæc pecuniarum*  
*summa ex Regni sui proventibus refarci-*  
*retur. Verum Basileenses, cum Eccle-*  
*siasticorum corpus in duas factiones scis-*  
*sum esse, probe intelligerent, Regis hi-*  
*sce precibus deferre, haud e re fore ju-*  
*dicarunt: quapropter Alphonfus saltem*  
*intra Sabaudiaë fines ejusmodi decumas*  
*imponendas, iterato rogavit, sed denuo*  
*repulsam tulit.*

## §. CLXXVII.

*Pacta Mediolanensis Ducis de præ-*  
*standa Felici obedientia.*

*Acta Patricii*  
*tom. 13. conc.*  
*p. 1595.* Philippus Mediolanensium Dux, jam a  
 longo tempore Oratoribus suis nego-  
 tium dedit, ut cum Basileensibus age-  
 rent de conditionibus, sub quibus Felici  
 obe-

obedientiam præstaret. Sabaudus re  
 per Amicos suos comperta, ut pactum  
 ante comitia Francofordiæ celebranda  
 consensu suo firmaret, Ducem acriter  
 urget. Verum Philippus rebus suis ma-  
 le consultum iri veritus, si primus ex om-  
 nibus Italiæ Principibus Neo-Papæ o-  
 bedientiam profiteri præsumeret, ab eo  
 tredecim millia aureorum pro alendis  
 quatuor millibus Equitum singulis men-  
 sibus pendenda postulavit, primorum ta-  
 men mensium solutionem omnino antici-  
 pari voluit, ut hoc subsidio instructus,  
 suarum ditionum securitati valide prospice-  
 re, & Ecclesiæ Romanæ Provincias  
 feliciter recuperare posset, vicissim se Fe-  
 licis imperio Bononiæ urbem armata ma-  
 nu subacturum promisit. Præterea Ni-  
 colaus Picininus supremus copiarum Me-  
 diolanensium Præfectus per illum, quem  
 a secretis habebat, a Felice petiit, ut, si  
 dicta urbe potiri vellet, impensas, quæ  
 sane parvæ haud essent, ad illius expugna-  
 tionem necessarias minime negaret. Of-  
 ferebantur adhuc aliæ conditiones, &  
 plurimis literis ultro citroque missis diu  
 multumque consultatum est. Præcipue  
 vero Felicis Cardinales, ejusque amici  
 fortiter instabant, ut oblatas acceptaret  
 conditiones, caussati, ipsum obtenta se-  
 mel Ducis Mediolanensis gratia, brevi  
 Alphonsum quoque Arragoniæ Regem,  
 magnam-

Sæcul. XV.  
 A.C. 1441.

Sæcul. XV.  
A.C. 1447.

magnamque Italiæ partem in sui ipsius obsequium pellecturum; Germanos itidem, ceterosque horum exempla haud dubie secuturos. Felix itaque expugnatus, mense Augusto ad finem vergente Ducis Mediolanensi promisit, se tertia septimana post præstitam sibi obedientiæ fidem, & traditam Bononiæ urbem quinquaginta aureorum millia, & deinceps totidem millia ex proventibus ejusdem urbis diversis pensionibus numeranda soluturum.

## §. CLXXVIII.

*Felix a Duce vanis promissis  
illusus.*

Felici Pro-Camerarius, cui perficiendi hujus tractatus negotium datum est, nil intentatum reliquit, ut rem ad exitum deduceret, quocirca jam nunc Ferrariæ Marchionem sollicitabat, jam Philippum Ducem ad suas partes pertrahere nitebatur. Tandem vero mense Januario ad Felicem redire permissus, horum Principum nomine pollicebatur, Ducem nedum elapso decem dierum spatio solemnem decreturum legationem, quæ suo nomine Felici obsequii homagium deferret. Verum omnes istæ spes adeo magnificæ brevi ad nihilum redactæ evanuerunt, Ducis Mediolanensis Oratoribus